HIERONYMUS. BEDA VENERABILIS
Admont, 12. Jh.
Seite 90v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Qui fraudulenta mente simulat se esse bonũ. nequit uiuens
in occulto. ñ inuenier bona uite sequentis. Qui autẽ substantiã
uirtutũ spualiũ uerace acq̃rit mercabitur er ea claritate regni
celestis. Qd uerbis sequentib; apertius dicit. Insemita iusticie uia
ter autem deuium ducit ad mortem. Semita enim iusticie substan
tiam acquirit uirtutũ. quibus eterne uite claritas auro pciosior
emitur. Iter autẽ ꝑuum quo fraudulentus incedit perdito lucro
temporali qd appetit ad mortẽ quã nolunt ꝑuidere tendit sem
piternam. Filius sapiens doctrina patris. qui autẽ
illusor ē non audit cũ arguitur. Tantũ inter sapientem
distat & stultũ ut hic aliquando ꝑfectu erudition is ad
eũ qui se docuerat docendum perueniat. ille nec cũ argu
itur nouerit audire. Uult & ñ uult piger. anima autẽ
operanciũ inpinguabitur. Recte pigri uocabulo denotatur
qui uult regnare cũ deo. & ñ uult laborare ꝑ deo. Delectant
premia cũ pollicentur. deterrent certamina cũ iubentur. De
quo iacobus dicit. Vir multiplici animo inconstans est in
omnibus uiis suis. Et filius syrach. Ve peccatori terram ingre
dienti duabus uiis. Qui autẽ iussa operantur dominica ideo fa
ciunt quia anima illoq; perfecta superno dulcedine reficitur.
iuxta eũ qui deum obsecrans dicit. sicut adipe & pinguedi
ne repleatur anima mea. Et certe anima operantiũ inpingua
bitur. quia qui piis ꝑ dno laboribus insudant celesti & inmarcesci
bili post labores mercede donabuntur. Est quasi diues cũ nichil
habeat. & est quasi pauper cũ in multis diuiciis sit. Diues sibi
uidebatur ille qui induebatur purpura & bysso & epulabatur
cotidie splendide. sed quia deum non habuit cõpit ĩ fine nil fu
isse qd habuit